



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Excommunicationis Causa Efficiens.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

missione, sed de amplexibus, osculis, tactibus turpibus, & indecentibus, vel in loco suspecto; Nav. loc. cit.

Quintò, si inveniret dictum clericum sponſa de futuro, & verberaret eum, ut sup. sufficeret absolutio Episcopi, Covar. loc. cit. numer. 2. ver. 2. quot modis quis excusaretur ab excommunicatione ob clerici percussione, vide Innocent. in c. veniens, de sent. excom. Nav. c. 27. num. 80. sed hæc omnia intellige de excommunicatione evitanda, & non de peccato mortali, quod incurritur de jure Can. Abb. in d. c. si verò, n. 8. & Covar. ubi sup.

Sextò, quid dicendum, quando duo rixantur, & alter se defendens excederet quodammodo modum defensionis, & vulneraret locium, quò cum rixatur, an sit casus Papalis? Respondetur negativè, gloss. in c. significasti, il secundo, in ver. moderamine. gloss. in c. olim, in fin. de restit. spoliat. Navar. cap. 27. num. 82. notab. 15. Sylvest. in ver. excommunicatio, 6. §. sciendum est, 4. ver. 9. Gom. in c. 2. nu. 54. de constit. lib. 6. Ratio est, quia in rixa non consideratur moderamen inculpatae tutelæ, quando indeliberatè insultatus excessit modum, Foller. pract. crimin. de defensio. num. 16. Ratio rationis est, quia primi motus non sunt in consideratione nostra, idem 4. par. principali. nu. 22. & in fragm. num. 57. & 58. & nota pro practica quotidiana, quod excedens in defensione, punitur solum pro illo excessu, & tanto magis, quando fuisset provocatus, & alleviat culpam, seu pœnam, & facit in illam non incidere; Afflict. dec. 206. n. 3. & 4. vide Anchar. in c.

dilecto, n. 2. de sent. excom. lib. 6. verſi. sed iuncta prædicta, immo percutiens clericum se defendendo, non incurrit, etiam si percutiendo modum excederet, dummodo non faciat hoc ex proposito. Clarus §. homicidium, verſi. propterea etiam. idem de provocato à clerico se defendens, non incurrit, nec de homicidio tenetur, Clar. quaest. 60. ver. nunc quæro.

Septimò, percutiens clericum excommunicatum, non committit sacrilegium, c. excommunicatorum, 23. q. 5. si fiat zelo iustitiæ.

Octavò, quando esset depositus vel incorrigibilis, vel degradatus hæreticus, vel bannitus, Sylvest. in ver. excom. 6. à num. 5. & inf. Navar. c. 27. à n. 89. per 26. exceptiones.

## EXCOMMUNICATIONIS CAUSA EFFICIENS.

PRIMUM dubium, an Episcopus possit excommunicare subditum suum extra suam diœcesim existentem? Respondetur primo negativè. gloss. in cap. novit. de offic. deleg. in ver. iurisdictionem, de foro compet. Navar. cap. 27. num. 6. Secundò, bene verum est, quod dum existit in sua diœcesi, potest ibi excommunicare non residentes in beneficiis suæ diœcesis, etiam si ipsi non residentes sint extra diœcesim, Navar. loc. citato. Tertio, similiter potest ipse Episcopus extra diœcesim existens excommunicare subditos suos in notoriis, Sylvest. in ver. excommunicatio, 1. dub. sexto in fine. & Navar. Nec obstat cap. 2. de constitut. libro sexto, quia potest Episcopus hoc ratione rei sitæ, seu contractus, per cap. finali

*final. & caput. 1. §. contrabentes de foro compet. libro 6. & ratio est, quia in notorijs non requiritur indagatio, ut patet, & Concil. Trident. sess. 23. §. eod. omnino dicit Episcopum posse procedere contra absentes non residentes per censuras ecclesiasticas. Quarto, si fuerit citatione prævntus, & postea discessit à territorio, potest tunc excommunicari in contumaciam. Patet ratione criminis, juribus allegatis: quod dixi, patet, quia Episcopus non potest quæ sunt jurisdictionis contentiosæ extra suam diocesim, quia ibi est ad instar privati, l. 2. ff. de offi. Proconsul. & Legati, & l. si. de offi. Præsidi, Ratio est, quia jurisdictionis cohæret loco vel territorio, ut l. si. & ibi Bar. C. ubi & apud quos. vide Gemin. in c. 2. ver. ult. quæro. de const. lib. 6. ubi habes bonam practicam.*

Secundum dubium est: aliquod beneficium nullius diocesis habens populùm sub se, homines illius populi volunt impetrare excommunicationem; dubitatur à quonam possint illam impetrare, an ab Episcopo viciniore, vel ab illo, qui obtinet illud beneficium? Ad hoc sac. Congre. declar. 377. respondet negativè, sed confugiendum esse ad Sedem Apostolicam: sed hoc fallit, quando ille beneficiatus haberet Episcopalem jurisdictionem, ut sunt nonnulli commendatarij, quia tunc possent illum concedere, ut patet ex juribus vulgatis, & praxi quotidiana, & sic vidi observari in Abbacia S. Angeli ad Fasanellam.

Tertium dubium, an Episcopus excommunicatus possit excommunicare? Respondetur primò, quòd si est ocul-

tus, potest. Secundò, si est publicus, & non, in duobus casibus, Conc. Constantien. etiam potest Fran. Viçt. in sum. de Sacram. tract. de excom. num. 16. Sylvest. in ver. excommunicatio, 3. n. 1. §. 10. & 11. gl. fin. in c. cum dilectus, de consuet. imò nec ejus Vicarius, modo quo supra, pro ut dicam in ver. Vicarius, ver. si. 8. vide Innoc. in c. exceptionem, numero 1. de except. & in c. extua, numero 6. de Cler. non resid. Covar. in c. alma mater, 1. par. quest. 11. num. 4. Gem. in c. 1. ver. quæro, an collatio, de rescrip. lib. 6.

Quartum dubium, an quisque possit capere clericum animo præsentandi suo Prælato: dic, quòd sic, Syl. in ver. excommunicatio, 6. num. 5. §. 2. modò spatio viginti quatuor horarum præsentet suo Prælato, Navar. ibidem, n. 84. nu. 21. Abb. in cap. ut fama, n. 6. de sent. excom.

Quintum dubium, an satellites capientes Clericum, vel de ordine Episcopi, vel in casu licito, & verberantes clericum, essent excommunicati? Respondetur affirmativè, si ille permittebat se quietè capi, & duci, c. clericus sentent. excomm. lib. 6. secùs si se defendebat, & percutiebat, quia tunc tales si non possent illum capere, & ducere sine percussione, non inciderent, & colligitur ex dicto textu, à contrario sensu, & gloss. in ver. occidatur, Angel. in ver. excommunicatio, 5. §. 5. usque ad 17. Navar. capitulo 27. n. 82. notab. 17.

Sextum dubium: Mulet impetitur à Clerico verbis lascivis, an liceat illi mulieri propulsare illa verba verberibus? Videtur quòd non, quia injuria verbalis defensione verbali est propulsanda,

sanda, secus non esset defensio cum moderamine, & ita sentit Nava. in fact. *libi-dem, nota. 22.* licet Boer. *decis. 196.* dicat injuriam verbalem posse propulari armis vel aliis verberibus, & Foller. *in prac. crim. tit. de defensio. numer. 11.* dicit regulariter verba verbis esse propulanda.

Septimum, mandans percuti clericum, si interim mandantem pœnituerit, an incidat in canonem, etiam si decesserit? Vide Innoc. *in cap. mulieres de senten. excomm.*

Octavum, an locorum Ordinarii possent torquere clericos per manus laicorum? Respondetur quod cum hodie non reperiantur clerici, qui utantur arte tali, nec sciant ligare, & solvere, & erigere clericum torquendum, quod possunt; ita passim introduxit consuetudo, Nava. *loc. cit. notab. 24.* Diaz. *pract. crim. canon. ca. 17* & ita ego practicavi. idem Nav. *in c. nullu m, 18. q. 2. nume. 52. tit. de Reg. ad trir, damn. & in cons. 5. de foro comp. Tabien, in v. er. excommun. 5.* & est communis modernorum.

Nonum, an prælatus possit excommunicare aliquem denegantem sibi censum debitum, affirmativè respondet Innoc. *in c. significavit, num. 5. de censib.*

Decimum, quinam sint casus Papales, quive Episcopales, & quomodo possint cognosci? Vide Navar. *loc. citato à num. 88.* & *infra,* & Sylvest. *in ver. absolutio. per totum.*

Undecimum, an quilibet posset capere, seu etiam ligare clericum, vel ut eum avertat à flagitio, vel sibi debitum suspectum de fuga, modò quam-

primùm eum præsentet suo Prælato? Affirmativè respondet Sylvest. *in ver. excommunicatio, 6. num. 5. vers. 5.* Abb. *in c. cum non ab homine, num. 10. de iud.* & ibi Bal. *colum. 3.* & *in ca. dilectis, colam. 5. de appell.* Addit. ad Dyn. *in cap. ea qua de reg. jur. libro 6. lura B. vers. ego puto dictum.*

## EXCOMMUNICATIONIS CAUSA MATERIALIS.

## SUMMARIUM.

- 1 Pro qua quantitate possit admitti excommunicatio.
- 2 Pendente lite, vel post publicationem factam in causa, an possint concedi monitiones excommunicationis, & postea fulminatio ipsius.
- 3 An principalis teneatur revelare.
- 4 An in causis criminalibus sint concedende monitiones, & sententia excommunicationis, & si sic, an cum clausula, qua apponi solet in forma, significavit, & quid si inde sequeretur mors, vel mutilatio, si suspicio irregularitatis.
- 5 An debeant suspendi monitiones, parte contradicente.

**A**Ntequam singulis quæstis respondeatur, non erit inutile notare hanc practicam, quæ (meo quidem iudicio) optima erit, ut maturiùs hac in materia procedatur, & eum causæ cognitione, prout jubet sacrum Conc. Trid. Ideo sic erit practicandum, ut præsentatis capitibus, super quibus petitur fieri monitiones, ac denique (si opus erit) fulminationem excommunicationis, antequam prælatus concedat illa fieri, faciat